



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniae, 1654

S. Simeon Stilita. SS. Donat & Rogatianus. S. Ioanna M. 24. Mai.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

S. Simeon Stylita. SS. Donat. & Rogat.
cianus. S. Ioanna M. 24. Mai.



Mortificatio.

Homo non ex eo fit hostia. si se offerat Deo; sed si sancte offerat se Chrysolog.

Deus qui nos annua SS MM. tuorū,
Donatiani & Rogatiani (S Simeonis;
S. Ioannæ) Solennitate lætificas: con-
cede propitius, vt quorum gaudemus
meritis accendamus exemplis, Per D.
N. Iesum &c.

1. S. Simeon Stylita Iunior dictus, a
parentibus voto impetratus in cunis
ieiunia inchoauit. Sexto ætatis anno
in solitudinem secessit, duodecimo in
Cænobium, denique in Columnam,
Vbi que miraculis clarissimus, adeo ut
Leopardum utifelem domesticum ha-
buerit.

2. SS. Donatianus & Rogatianus
fratres, sub Diocletiano Imp. pro Con-
stantia fidei in carcerem missi & in e-
quuleo suspensi ac laniati sunt, deinde
lancea militari confossi denique ca-
pita iisdem præcisa sunt.

3. S. Ioanna vxor Chuzæ Procura-
toris in Aula Herodis Regis, ea Chri-
stum D. in terris agentem secuta ei-
dem cum alijs Deuotis personis mi-
nistrabat.